In xpi noie qui pro humani generis redepcione in ara crucis se ipm obtulit sacrificium deo patri et gloriosse virginis marie humani generis aduocate totiusque celestis curie triumphantis. Pateat universis et singulis presentem seriem inspecturis. Quod Ego Jacobus Vos dla Segrera prohie sancti vicencii de molleto in firmitate gravi detentus tamen in meo bono intellectu et clara memoria facio et ordino meum testamentum in quo eligo manumissores meos et huius mei testamenti et ultime voluntatis mee exequtores Raymundum borelli Et Saluatorem Vos filium meum ambo de prohia sancti vicencii de molleto quos rogo in dno quod ipi ambo aut alter ipsorum in absencia sive deffectu alterius velint sive velit Conplere hoc meum testamentum prout inferius invenerint sive invenerit scriptum et ordinatum quibus dono tantum posse quod ipi ambo sive alter ipsorum possint sive possit de bonis meis vendere tantum quantum fuerit necessarium pro complemento huius mei testamenti Et primo accipio aut de bonis meis pro aia mea et omnium fidelium deffunctorum decem libras de quibus ffiat sepultura mea et soluantur aliqua legata que inferius ffacio quam sepulturam meam Eligo in Tinpntio sancti vicencii de molleto qua sepulturam volo quod fiat bene et honeste arbitrio meorum manumissorum Item dimitto bacino operis ecclesie sancti vicencii de molleto quatuor denarios Item dimitto bacino Cereorum dce ecclesie quatuor denarios Item dimitto bacino candele bte marie dce ecclesie Item dimitto capelle sancte marie de belluya unum solidum Item dimitto bte marie montisserrati unum solidum Item dimitto manumissoribus meis cuilibet quinque solidos Item volo quod facta sepultura et legatis predictis solutis in continenti Celebrentur pro aia mea parentum meorum et omnium fidelium deffunctorum triginta et tres misse que vulgariter nuncupantur sancti amatoris Et completis omnibus supradictis volo quod residuum dictarum decem librarum expendantur in ecclesia sancti vicencii de molleto in capite anni in missis celebrandis et in aliis piis causis arbitrio meorum manumissorum De aliis bonis vero meis dimitto dno meo [illegible] unum solidum Omnia vero alia bona mea mobilia et inmobilia ubicumque sint dimitto Saluatori Vos filio meo et illum michi heredem universalem instituo prout ipm tpore nupciarum suarum in heredem universalem institui Et hec est ultima mea voluntas et ultimum meum testamentum quam et quod volo valere possit jure testamenti que si non valet aut valere non poterit jure testamenti saltem volo quod valeat et valere possit jure codicillorum aut nuncupatum testamentum vel aliter quo melius de jure et consuetudine valere possit et teneri Actum est hoc in prohia sancti vicencii de molleto decima septima die mensis novembris anno a nativitate domini Millesimo Quadringentessimo Surgnita octavo Sig✝num Jacobi Vos testatoris predicti qui hoc meum testamentum quod est mea ultima voluntas laudo et firmo

Testes rogati et vocati sunt bartholomeus Tyrmenti et Johanes textoris ambo de prohia sancti vicencii de molleto



Sig✝num mei Raymundi Comaguera vicarii ecclesie sancti vicencii de molleto et regentis scribaniam eiusdem ecclesie pro dno petro vernetti rectore eiusdem qui hec scribi feci et clausi ✝